

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

12. In festo Iacobi maioris Ap. de petitione matris filiorum Zebedæi. Mat.
20.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

IN FESTA TOTIVSANNI. 169
IN FESTO S. IACOBI 23. Iul.
APOSTOLI
De petitione matris filiorum Zebedai.
Matt. 20.

MATER filiorum Zebedei, cum à Christo petuisset, ut unus filiorum ad dextram eius alter ad sinistram sederet, Respondit. Nescitis quid petatis. Considera cæcitatem discipulorum Christi, qui cum omnibus relictis illi adhæsisserent, & eo ipso punto temporis de passione sua loquentem audissent, iam per matrem petitionem pponunt ambitionis & proprii amoris plenam: ut scias ne in religionis quidem statute à talibus cogitationibus & temptationibus fore securum, si carnem & sanguinem consulas & non alios spiritu Christi præditos. 2. Considera quam benignè & sapienter Christus eis respondeat. Nescitis. benignè, quia texit turpem lapsum pallio ignorantiae, verè, quia pompam externam tantum temporalis regni præ oculis habebant & non aduertebant, quot curæ, periœula & labores sub eo delitescerent: deinde quia eorum petitio cum Christi doctrina & exemplis è diametro pugnabat. Verè nescit quid petat qui extra Deum aliquid

L s que

170 MEDITATIONES IN

quærit, quia deserto fonte claro accedit
turbidos riuulos, relictis æternis qua-
fluxa. Deum amare, illiisque per obser-
vationem mandatorum & consiliorum
uire, veré regnare est.

2. Christo rogante, possente secum calu-
bibere, Respondere. Possimus. Tum Christus
Bibetis quidem, sed sessionem petitam da-
non est meum, sed Patris. Et audienti
cem, indignati sunt. Considera, quanta
vis affectuum humanorum, ut quando
offert spes alicuius dignitatis, non expe-
virium imbecillitate, contemptis omni-
bus impendentibus periculis, ad eam hi-
mo adspiceret, & dicat, possum, cum non po-
fit, 2. Considera quam prudenter, ne ca-
sam mœroris daret aliis discipulis, petitio-
nem eorum, nec proberet, nec renuat, sed
respondit, ut sperare potuerint se sessione
illa non temporali, sed spirituali potine-
ros, 3. considera, ideo reliquos decem
dignatos, quia utique res odiosa est, vel
anteponi & imperare aliis, indeque di-
tutius esse variari in loco humili, in quo
nullus est inuidiæ locus.

3. *Dixit Christus discipulis. Principes potius
dominantur eorum. Qui autem inter
vult fieri major, sit uester minister: sicut filii
huius mundi.*



S IN
accedit
nis qua
r obser
iorum
um calic
m Christi
stam du
dientu
quanta
quando
n expa
tis omo
d eam h
n non p
er, ne ca
is, petit
iat, sed i
se session
li point
decem
a est, ve
que dili
li, in qu
cipes p
n inter
scut filo
homini

FESTA TOTIVS ANNI. 171

hominis non venit ministrari, sed ministrare,
et dare animam suam. Considera, munus
eorum, qui ad dignitatem prælati, & supe-
rioris, vel magistri vocati sunt, esse, ut ipsi
non tam dominantur, quam seruant sub-
ditis, eorum bonum anteponendo pro-
prio: ac ideo maiores esse, quo plus se sub-
mittunt, & maiores labores & afflictiones
pro salute subditorum usque ad mortem
fusinent. 2. considera quomodo Christus
tota vita sua ministerii, & se demiserit, ac
animam suam posuerit pro tua salute, &
inuenies exemplar perfectissimum, quod
imiteris, si velis esse eius discipulus 3. con-
sidera, quā longē discedant à spiritu Chri-
sti, qui non alia de causa ad Prælaturas &
dignitates aspirant, nisi ut aliis imperent.
magnas opes congerant, & laute viuant.

IN FESTO S. LA VRENTII ^{10. Au-}
MARTYRIS. ^{gustj}

De grano frumenti. Ioan. 12. 1.

IESVS dixit discipulis. Nisi granum fru-
menti cadens in terram, mortuum fuerit,
ipsum solum manet. si autem mortuum fuerit,
multum fructum affert. Considera, licet
nomine huius grani primario designetur
Christus, granū purgatissimū ab omni pec-
cato

